

1333, *Decembre* 19.*La linea che dovranno prendere le Galee, per cautela.*

* Cum plura navigia disarmata Veneciarum onerentur in partibus Romanie et Cypri et Armenie et Crete, que non declinant cum mercacionibus Venetias, ut deberent, ymo vadunt ad partes Siculisi, Majoricarum, Aquarum Mortarum et Pisarum, et ibi exonerant merces suas, qui expanduntur per omnes partes circumstantes, et usque in Flandriam; et ultra incomodum et sinistrum quod propterea evenit in Comuni, et diviso, possit hoc nobis esse indicium scandali et erroris, occasione dubbij, quod est uti in dictis partibus, et potissimo occasione discordie que est inter Januenses et Catalanos, ad hoc ut omnibus sinistris et periculis obvietur, vadit Pars, quod de cetero aliquod navigium Venetorum quod onerabit in Constantinopoli vel inde supra, et ad Fozam, et in partibus Turchie et Cypri et Armenie, et similiter in partibus Rodi et Crete, non possint de cetero aliquo modo vel ingenio transire Cavo Passara, nec Caput Borsani, sub pena Libr. L, pro centenario, tam navigii quam mercationum onustarum in ipso. In quam penam incurrant contrafacientes. Et committatur hec inquirenda, examinanda ei exigenda Officialibus Levantis, qui de dictis penis et earum qualibet, habeant tertium, et tertium accusator, si accusatores inde fiant, per cujus accusationem veritas habetur et teneatur de credentia; et aliud sit Communis. Et similiter committantur hec omnibus rectoribus quibus fuerit oportunum eo modo, et de parte habenda, et de accusatione, et aliis, sicut dictis officialibus est commissum.

* Nel Margine è scritto *Marinus Capello*.